Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Incipit officium immaculate Concepcionis virginis marie editum per reuerendum patrem dominum Leonardum nogarolum protonotarium apostolicum ac sacre theologie doctorem famosissimum. In primis vesperis an Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias ade. alla ps Dixit dominus an vel de sancta maria Tota pulchra es maria: et macula originalis non est in te alla an Tu gloria ierusalem. tu letitia israel: tu honorificencia populi nostri alla an Vox enim tua dulcis: et facies illa tua decora nimis alla an Que est ista que ascendit de deserto: deliciis affluens: innixa super dilectum suum alleluia Capitulum

Ego diligentes me diligo: et qui mane vigilant ad me inuenient me: in viis iusticie ambulabo: ut ditem diligentes me: qui me elucidant habebunt vitam eternam ymnus Aue maris stella Hymn Immaculata concepcio est hodie sancte marie virginis alla Ps Cuius inocencia inclita: sanctas illustrat deuotas animas alla ad magnificat an Quam pulchri sunt gressus tui filia principis: collum tuum sicut turturis eburnea oculi tui diuini: et come capitis tui sicut purpura regis: quam pulchra es et quam decora charissima alla Oro

Deus qui per immaculatam virginis concepcionem dignum filio tuo habitaculum preparasti: quesumus: ut sicut ex morte eiusdem filii tui preuisa eam ab omni